



M. ANTONII  
SABELLICI,  
RERUM VENETARUM  
AB URBE CONDITA,  
DECADIS TERTIÆ,  
LIBER I.



Ersuasum mihi fuit ab initio operis, res  
Venetas, quas ab Urbe condita scribere  
sum orsus, hoc quem absolvimus libro-  
rum numero posse a me facile comple-  
cti. Sed si illorum brevitas fecerit,  
qua consulto sum usus, ne si legitimam  
magnitudinem implevissent, prius lector  
eos fastidire, quam legere cœpisset; siue potius id accide-  
rit nobis, quod & multis, qui non prius, quantum ne-  
gocii adierint respiciunt, quam præcipua laboris parte sint  
defuncti: ecce viceimum librum operis ad calcem per-  
KK 2 duxi,

1430